

AMPLISSIMO  
SENATVI

REIP.

VESALIENSIS

NOMINATIM, QUI HUNC AD NOS  
REPRÆSENTANT

TRIBVNIS GYMNASII

IOH. ALB. VON DE WALL

SVPREMO VRBIS CONSVLII, TRIVMVIRO  
REGIO IVRI DICVNDQ &c.

PETR. HENR. KEMPKE

CONSESSORI SENATORIO ET MEDICO  
EXPERIENTISSIMO.

---

**E**do opusculum Viri Amplissimi, quod  
honorificentiam & suavitatem nomi-  
nis Vestri prae se ferre cupivi. Nemini  
illud sese majori confidentia inscribere  
potuit, quam iis, quibus auctoribus ea  
provincia suscepta est, ex qua profectum  
):( 2 fuit.

fuit. Delectat vero venerari sicut anti-  
quam eam Curiam, cujus memoria jam  
inde ex Pareanis dedicationibus & vete-  
riorum temporum praeconiis magnificis  
meritis publicis ad externos plane insignis  
& venerabilis fuit, ita in praesentia omni-  
no illos, quorum & publice praesidio  
& privatim benevolentia atque amicitia  
fruor. Sincera veneratio fatietatem non  
capit, sed tamen nescio quomodo est sui  
explendae studiosa. Delectant testifica-  
tiones, sed eadem eo magis, quo pluri-  
bus testibus fiunt. Res eo videtur ab-  
iisse V. A. Accipite, quam vobis sa-  
cram facio, rem parvam magno & gra-  
tioso animo. Ego equidem Deum O.  
M. ardentem precor, ut Vos, cumulatōs  
omnibus vitae humanae felicitatibus, ju-  
beat esse causas, firmamenta & laetos  
spectatores florentis fortunae universae ve-  
strae civitatis. Vesaliae, a. d. VII. Kal. Apr.  
clo Idcc LIII.

LECTORI